

celis sit. Inde haud mirum, hoc argumentum à Piccolominio difficultatibus refertissimum, & velut Hydram Lernæam, cui uno deciso difficultatum capite, nova continuò renascantur, vocari: Sed quō digredimur? Pro re jam natâ Præsentem Mixtorum Interitum in proscenium deducere, & Ἰετικῶς οὐδὲν αδόμαντι declarare nobis visum, ut latens in eo verum, dispersis falsitatum nebulis, Φιλήκοι οὐδὲ Φιλομαθῆς ex veneranda celeberrimorum Philosophorum coronâ submissè sciscitaremur. Et ne id αἰμεθόδως agatur, totam Putredinis Naturam ad posterioris Analyseos normam conformabimus, contemplaturi ejus ante omnia.

SUBIECTUM: pōst AFFECTIONEM: ultimò CAUSAS:
Ergo

*Sacro-sancta TRIAS nostris allabere cæptis,
Quando tuam toto corde vocamus opem.*

THEISIS PRIMA.

IN limine hujus σκέψεως nobis ad ponderandum primitus offeritur **SUBIECTUM** Putredinis, quod τὸ μικτὸν esse σῶμα nemo sanus inficiabitur, nec gravem adeò, an id detur, seret litem, ut potè αἰδητὸν, unanimique Philosophantium consensu jamdiu assertum.

II.

Aliâs per vocem *Mixti* notamus Substantiam ex intimo Elementorum coagimento resultantem, in cuius generatione talem observat Natura progressum: 1. Elementa uniuntur atq; coeunt, ut in unam velut conspirent naturam, idemque specie producant: 2. Miscentur & se mutuò penetrant, abhinc 3. per mutuam actionem & passionem sese alterant, vires ad invicem infringunt, atque adaptam se harmoniam redigunt. Postea 4. perfecta mixta ḡσια in scenam prodit.

III.

Licet æquam hinc pronunciare sententiam de quorundam opinione, protervé negantium, Elementa rerum mixtilium esse partes, sed matricestantum, in quibus, non secus ac domiciliis ceu in utero materno infantes, mistilia delitescunt, & demum è suâ sigillatim materiali via cœliceu Mercurii cuiusdam virgâ ex illo orco evocatae exurgunt.

Mixtum